



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R.P. Fvlvii Androtii, Societatis Iesv, Piæ meditationes de
Passione & Morte D. N. Iesv Christi**

Androzzi, Fulvio

Coloniæ Agrippinæ, Anno MDCIII

Mysterium vndecimum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48634](#)

Mysterium undecimum:

DE dolore , quem concipiebat ex
onspetu Matris & dolorum, qui
bus sanctam animam illam scie-
bat esse plenissimam.

Puncta consideranda.

1. Considera, quām fuerit obruta do-
loribus B. Virgo, cūm videret tām crude-
liter tractari filium suū, & quem filium?
à quibus? quare?
2. Patientiam eius, dum nihil vel face-
ret, vel diceret in tanta crudelitate, quam
in dilectissimum filium eius exercebant,
quod non deceret prudentissimam sœ-
minam.
3. Conformatiōem volūtatis eius cum
voluntate diuina, per quam facta est sca-
la, vt dicit S. Catharina Senēsis, qua Chri-
stus ascendit in crucem ad redimendum
mundum.
4. Modos agendi Dei , tam dissimiles
modis agendi huius mundi, qui permit-
tit tāta pati eos, quos habet chariores, vt
filium, matrem, aliosq; amicos.
5. Quod affectus maternus non retrahit
Christum à crucifixione , ne mor-
filia-

ANDROTII
filialis matris, vt pro nobis non morere-
tur in cruce.

CONFUSIO.

1. Quod simus tanto pere addicti filijs & parentibus, nec eos diligamus, vt res Dei, quæ sunt in potestate diuina.
2. Quod simus tam anxij & impatiens, quando malè habent, ne eos Deus tollat è viuis.
3. Quod tanto pere abhorreamus omnia suscipere de manu Dei, & conformare nos diuinæ voluntati.
4. Quod tam facile adhæreamus rebus huius mundi, & tam difficile rebus diuinis.
5. Quod simus tam rudes & hebetes in cognoscendo modo agendi Dei, & tam acuti in cognoscendis modis huius mundi.

PETITIO.

Pete gratiam, vt quemadmodū nec amor charissimæ matris, nec multæ poenæ & contumeliae inimicorum eum fecerunt descendere de cruce, sic nec amor vllijs creaturæ, nec auersio ab ea-
dem & faciat discedere à Dei scrutio,
& re-

& relinquere opus ex eius amore inchoatum.

ORATIO.

Si tu Domine mi^d dulcissime, nudus
in cruce pendens afflatus, & dolori
bus oppressus, nec propter amorem
charissimæ tuæ matris, nec propter con-
tumelias tuorum inimicorum, voluisti
descendere ex acerbissima tua cruce, qua-
re ego tibi seruiendo, qui es Rex Re-
gum, cui seruire regnare est, vel in mini-
mo officio meo deesse audeam, cur abij-
ciam seruitium tam honorificum, ple-
num pacis, plenum voluptatis, plenum
consolationis, propter parentes, inimico-
rum conuitia, & sermones impiæ multi-
tudinis? cur desistam esse totus tuus,
cum tu sis totus meus? cur non impen-
dam totam vitam pro Maiestate tua, cum
totum impenderis pro humilitate mea?
Si tu loco magni beneficij habuisti, ut a-
more mei tantam patereris infamiam,
cruciatus & mortem durissimam; cur e-
go loco summi honoris non habeam, si
causa tua deridear, infamer, malè tra-
eter? Quare da mihi quæso Iesu per inti-
mum tuum amorem gratiam tuam, ut
corde sincero & pure solum diligam,

D te

74 ANDROTII

te solum laudem , tibi soli vsque ad
mortem seruiam , vt tunclæto & sereno
vultu ad te perueniān , & affectu amo-
ris pleno dicere possim: *In manus tuas*
Domine commendō Spiritum meum. A-
men.

Mysterium duodecimum.

DE felle ei porrecto in medijs dole-
ribus , & cruciatibus , & sum-
ma siti.

Puncta consideranda.

1. Considera crudelitatem Iudæorum ,
qui Christo in summis existenti tormentis & iam exangui & moribundo hau-
stum aquæ petitæ negârunt.
2. Quod loco aquæ posseigant fel & a-
acetum. Res sanè quam nec Abraham
diuiti Epuloni in inferno ardenti fece-
rat.
3. Desiderium patiendi in Christo ma-
ximum : nam ex omnibus membris so-
la lingua restabat à pœna immunis.
Hanc ergo voluit doloris sui esse parti-
cipem.
4. Considera admirandam Christi pa-
tientiam in hoc casu.

s. Ante